

iudex Angelus de Pizzolo

82

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Angelus de Pizzolo

82

1493-10-07

† In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.
 Anno a nativitate eiusdem millesimo quadragentesimo
 nonagesimotertio. Regnante... Ferdinando de Aragonia
 Dei gratia Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege,
 regnorum... eius anno tricesimoquinto,... mense
 Octobris, die septimo eiusdem, duodecime indictionis,
 Mathere.

Nos Angelus Nicolai Francisci Piczoli de civitate
 Matere et ibidem annalis iudex,... Paulus Agathus de
 dicta civitate,... puplicus ubilibet per totum regnum
 Sicilie citra farum regia auctoritate notarius, dopnus
 Iohannes de Carbono, dopnus Dominicus de Perro,
 dopnus Eustasius Mannaresius, dopnus Donatellus de
 Pantaleone, Ciccus de Lanczono et Nicolaus de Calcolla,
 testes... de affata civitate,... notum facimus... quod...
 constitutis Marino Donaty de Bocca Vitrana, de dicta
 civitate... et... Gabriele Donati notarii Eustasii de eadem
 civitate,... prefatus... Marinus... asseruit... habere...
 griptam unam cum platea ante ipsam, sitam... in civitate
 Mathere, in Saxo Barisano, in pictagio sancti Laurentii,
 iuxta griptam Eustasii Donati Angeli Luce, iuxta griptam
 Pauli de Corecto, iuxta viam puplicam a parte superiori
 et iuxta viam vicinalem;... et placuit eidem... vendere...
 supradictam griptam... Qua propter... vendidit... prefato
 Gabrieli... prefatam griptam cum platea ante ipsam...
 pro... pretio uncie unius et tarenorum vigintiquinque...

† Ego Angelus Nicolai Francisci Piczili qui supra annalis
 iudex predicta fateor vera esse et me subscripsi † Ego
 dompnus Eustasius de Mannaresio qui supra testis testor
 † Ego d. abbas Iohannes de Carbonis qui supra testis
 testor † Ego d. Donatellus de Pantaleone qui supra
 testis sum † Ego donnus Dominicus de Perro qui supra

testis testor // † Signum crucis proprie manus mei Cicci
de Lanczono qui supra testis inlicteratus et scribere
nescientis † Signum crucis proprie manus mei Nicolai de
Calcolla qui supra testis inlicteratus et scribere nescientis